

ST. PAUL'S CATHEDRAL, LONDON.

A SHORT CHRONICLE OF ST. PAUL'S CATHEDRAL FROM 1140
TO 1341, TRANSCRIBED FROM A MANUSCRIPT IN THE
LIBRARY OF THE ARCHBISHOP OF CANTERBURY AT
LAMBETH PALACE,

BY W. SPARROW SIMPSON, D.D., F.S.A.,
One of the Honorary Librarians of the Archbishop.

The Chronicle now printed (so far as I am aware, for the first time) has been transcribed from a small volume (No. 590, Lambeth MSS.), in the handwriting of the learned Henry Wharton. In Dr. Todd's *Catalogue of the Lambeth Manuscripts* the volume is described as containing "Excerpta ex Annalibus Matthæi Westmonasteriensis per Canonicum quendam Ecclesiæ S. Pauli London auctis et ad annum 1341 continuatis." Having transcribed these excerpts with the care which is due to any work in the autograph of my illustrious predecessor, the first question which presented itself to me for solution was this, Whence did Henry Wharton obtain these extracts? The only materials which he himself has supplied for the answer to the inquiry are to be found in the few words prefixed to the *Excerpta*, which are these: "Bibliotheca Tenisoniana, vol. i. fol. Histor. Annales Matthæi Westmonasteriensis ad annum 1341 continuati." I confess that this brief notice did not greatly enlighten me. In my perplexity I applied to Professor Stubbs, whose ready kindness and whose great and accurate learning would, I thought, put me on the right track: nor was I disappointed, for he at once suggested that Lambeth MS. No. 1106 might possibly be the manuscript of which I was in search. This "most precious manuscript," as he rightly calls it, was purchased January 17, 1763, by Archbishop Secker, of the Rev. Richard Widmore, M.A., Librarian to the Dean and Chapter of Westminster, who says of it, in some notes which he has prefixed to the volume, "This book certainly belonged to S. Paul's, or some member of that Church, as there are in it several particulars relating to that place to be found in no other copy. The great difference in this from all other MSS. [of the *Flores Historiarum*]

Addition in it from 1307, where all the other copies end, to 1341." And in an older hand it is noted that "This Booke, though stiled *Flores Historiarum*, is not the same (in many places) with Matthew of Westminster's *Flores Historiarum*, and seems rather to have been done by some of the Canons of S. Paul's in London." The history of this manuscript for the last three centuries is very well known. It was in the possession of Sir Nicholas Brigham, who died in 1559; it then passed into the hands of William Dorell, Prebendary of Canterbury; thence to those of Sir James Ware; thence to the Library of Henry, Earl of Clarendon; afterwards to that of the Duke of Chandos, at whose auction it was sold to the Rev. R. Widmore, by whom it was sold, as has been already stated, to Archbishop Secker.¹ The MS. itself is of the fourteenth century.

Why Henry Wharton prefixed "Bibliotheca Tenisoniana" to these excerpts, I cannot tell. Possibly the manuscript No. 590 may be an exact copy of some manuscript in Archbishop Tenison's collection; but, however this may be, I have found every entry of the Wharton manuscript in MS. No. 1106. In the latter manuscript, however, these passages do not stand in uninterrupted sequence as they do in the Wharton manuscript, but are inserted in the body of the *Flores Historiarum*, save and except the later entries, which are added at the end of the volume. Wharton presents his excerpts in a briefer form than that in which the chronicler presents them in MS. No. 1106. Hence the course which I have taken in the following paper has been to print Wharton's *Excerpta* as they stand² in Lambeth Manuscript No. 590, and to add from Manuscript No. 1106 any additional matter which seemed of sufficient importance to be here reproduced. In the space which could be allotted to the Chronicle in this journal, it has been impossible to supply an adequate number of notes, as these would have extended the memoir far too greatly: it is hoped, however, that, as it stands, it may be a not unacceptable contribution to the history of the great Cathedral of S. Paul. I am not aware that the sketch of S. Paul's Cathedral, which I discovered in the margin of MS. No. 1106, has ever been engraved.

¹ See an account of this MS. in the Catalogue of MSS. Hib. fol. 1697, No. 1.

² Extending, however, many of the contracted words.

SHORT CHRONICLE OF S. PAUL'S CATHEDRAL
FROM 1140 TO 1341.

[Transcribed from Lambeth MS. No. 590, in the autograph of Henry Wharton.
All words or sentences contained within rectangular brackets are added
from MS. 1106.]

BIBLIOTHECA TENISONIANA. Vol. I. Fol. Histor. Annales Matthæi
Westmonasteriensis ad annum 1341 continuati.

1140. Sanctus Erkenwaldus translatus est.
1148. Translatio S. Erkenwaldi, 18 Cal. Decemb^r.
1274. Johannes de Chishelle consecratus in Episcopum London penultimo die April. Herveus de Borham Decanus.
1278. Johannes Episcopus London, tanquam Decanus cæterorum Episcoporum Provinciæ Cantuariensis, bis convocavit Episcopos apud London ad tractandum de communibus negotiis provinciæ Cantuariensis et reipublicæ.¹ Et bis gratificavit Officiale sibi nominatum per Priorem et Conventum Cantuariensem ratione compositionis nuper inita inter ipsum et dictos Religiosos.
1279. Obiit Johannes Episcopus London 7 Id. Febr^r.
M. R.² de Gravesende electus est et consecratus in Episcopum London.
1287. Obiit Rogerus de la Lye Decanus S. Pauli 15 Cal. Sept^r. et Radulphus de Dugon vi. Id. Octob^r., et Fulco Lovel Archidiaconus Colcestriæ 11 Cal. Decembris.
1289. Johannes de Leycestria Canonicus London et Robertus de Scardeburn³ Decanus Ebor obijerunt.⁴

¹ MS. 1106 reads, "reipublicæ provinciæ Cantuariensis." Robert Kilwarby, Archbishop of Canterbury, resigned his Archbishopric on being made Cardinal, 12 March, 1278; he died 11 September, 1279: John Peckham, his successor, was not consecrated till 6 March, 1279. Le Neve, Migné's *Dictionnaire des Cardinaux*, and Hook.

² *i.e.* Magister Ricardus.

³ Scaiteburn, MS. 1106. Le Neve prints the name Robert de Scardeburgh, iii. 121.

⁴ Ex hoc seculo migraverunt. MS. 1106.

1293. Ricardus Episcopus London, tanquam Episcoporum Provinciæ Decanus, die Pentecostes 16 Cal. Junii apud Cant.¹ consecravit Willielmum de la Marche in Episcopum Bathon: et Leolinum in Episcopum Assav.

1294. Obiit Dominus Bogo de Clare² multarum Rector Ecclesiarum vel potius incubator.

Radulphus³ Decanus London in crastino Octav. Paschæ Capitulum suum visitavit.

1307. Radulphus Episcopus London amotus est ab officio Cancellariæ, et Johannes⁴ Episcopus Cicestrensis officium id assecutus est.

1310. In septimana Paschæ Johannes de Langton⁵ Episcopus Cicestrensis depositus fuit⁶ de officio Cancellariæ.

Obiit Antonius de Bek Episcopus Dunelm. nonis Martii apud Eltham, sepultus Dunelmæ in crastino S. Jacobi.

1311. Cal. Junii Radulphus de Hengham, Justiciarius Regis et Canonicus S. Pauli obiit, sepultus⁷ in eadem Ecclesia in novo Opere 6 Cal. Junii.

Die 3 Cal. Junii Frater Ricardus de Pelham consecratus fuit in Episcopatum Dunelm.

1312. 29 Oct. [Eodem anno ij Non. Octobris quidam domesticus Cardinalis interfectus fuit prope Ecclesiam S. Pauli in atrio, et in crastino Apostolorum Symonis et Judæ, videlicet die.⁸] Dominica David Menev. Episcopus reconciliavit coemeterium S. Pauli pollutum⁹ per quoddam homicidium.

¹ John Peckham, Archbishop of Canterbury, died 8 Dec. 1292; Robert Winchelsea, his successor, though unanimously elected 13 Feb. 1293, was not consecrated (the papal chair having been vacant) till 12 Sept. 1294.

² I suppose that this is the Bogo de Clare, or, as he is sometimes called, Bogo de Fairfax, who became Treasurer of York in 1274.

³ Ralph de Baldock, elected Dean 18 Oct. 1294; consecrated Bishop of London 30 Jan. 1305-6.

⁴ Johannes de Langton. MS. 1106.

⁵ Dominus Johannes de Langethon. MS. 1106.

⁶ Fuit per regem de officio Cancellariæ ad honorem suum et fuit sigillum traditum in custodiam dominorum. MS. 1106.

⁷ Et sepultus fuit. MS. 1106. See Dugdale's *S. Paul's*, edit. 1818. The epitaph, and an engraving of the tomb of Ralph de Hengham, will be found at p. 33 and p. 68.

⁸ Introduced from MS. 1106.

⁹ Pauli quod fuerat pollutum per predicto homicidio. MS. 1106.

1313. 5 Id. Maii, die Veneris, obiit Robertus¹ Archiepiscopus Cantuariensis apud Otteford. Electus fuit in Archiepiscopum M. Thomas de Cobham, Canonicus S. Pauli London, S. T. P., vir magnæ bonitatis et liberalitatis, qui in 3 facultatibus nobilissime et incomparabiliter incoepit, et rexerat in 3 Universitatibus, Parisiis viz. de Artibus, Oxonia de decretis, et apud Cantebriggiam de Theologia.

Die 3 Non. Julii lecta fuit Bulla papalis in Ecclesia S. Pauli de reservatione Cantuar. electionis factæ.² [Eodem anno in vigilia S. Johannis Baptistæ quidam miles nomine — vulnervit quemdam armigerum in Ecclesia S. Pauli London, dum matutinæ ejusdem festi fuerant celebrandæ, et ab eadem hora remansit ecclesia suspensa, donec fuit per dominum Ricardum de Neuport archid. Middlesez. reconciliata v. Kal. Julii, et post reconciliationem sententia excommunicationis super ecclesiæ Violatores fuit promulgata.]

In Vigilia S. Jacobi Apostoli obiit Radulphus de Baldok Episcopus London apud Stebenheth, qui quolibet anno pro tempore suo dedit Novo Operi S. Pauli London 200 marcas,³ sepultusque est in Novo Opere.

Die 17 Cal. Sept.⁴ Gilbertus de Segrave, Cantor Ecclesiæ S. Pauli, vir nobilis genere et moribus, electus est in Episcopum London, et in crastino S. Caterinæ Virginis apud Cantuar. consecratus est.

1314. Walterus⁵ Archiepiscopus Cantuariensis intronizatus est apud Cantuar. 13 Cal. Martii die Dominica.

¹ Robertus de Wynchelse Archiepiscopus Cantuariensis apud Otteford in Cantia, et xvij. Cal. Junii sepultus fuit apud Cantuar. Et electus, &c. MS. 1106.

² See Le Neve. The Pope, by a bull dated nearly a month anterior to Archbishop Winchelsey's death, had reserved to himself the next presentation to the see of Canterbury. Accordingly he translated Walter Reynolds, Bishop of Worcester, to the archiepiscopal see, not accepting Thomas Cobham.

³ Marcas sterlingorum. MS. 1106.

⁴ Sept. qui fuit dies Veneris . . London: et eodem anno in festo S. Katerine. MS. 1106.

⁵ Walter Reynolds, translated from the see of Worcester.

Gilbertus¹ Episcopus London intronizatus est Dominica in passione viz. 9 Cal. April, et eodem die posuit primos lapides novi feretri S. Erkenwaldi quasi fundator.

[Eodem anno xiiij. Kal. Maii Gilbertus Episcopus London incepit primo visitare in ecclesia S. Pauli, et venit ei obviam totus chorus ad hostium ecclesiæ occidentalis cum processione capis sericis.]

Die 10 Cal. Junii G. Episcopus London dedicavit altaria, viz. B. Virg. Mariæ, S. Thomæ Mart., et B. Dunstani in nova fabrica Ecclesiæ S. Pauli London

Eodem anno deposita fuerunt crux et pomellum cum magna parte Campanilis Ecclesiæ S. Pauli, quia debilia et periculosa fuerunt, et nova crux cum pomello bene deaurato fuerunt erecta, et multæ reliquiæ sanctorum² ad tuitionem Campanilis³ et totius ædificii sibi subjecti cum magna processione et solennitate in cruce collocatæ sunt,⁴ per G. Episcopum 4 Non. Octobr. [Ut Deus omnipotens et gloriosa sanctorum suorum merita quorum reliquiæ in illa cruce continentur ab omni tempestatis periculo conservare dignetur. De cujus etiam misericordia omnibus ecclesiæ predictæ fabricæ auxiliantibus xxvij. anni CL dies indulgentiæ omni tempore anni conceduntur.⁵]

Eodem anno fuit Ecclesia dicta mensurata [tam in longitudine quam in latitudine et etiam in altitudine], cujus longitudo continet 690 pedes, latitudo 130, altitudo testudinis occidentalis a pavimento 102, altitudo testudinis novæ fabricæ [continet] 88 pedes, cumulus Ecclesiæ continet in altitudine 150 pedes. Toto vero Ecclesia continet infra limites suos 3½ acras terræ, unam rodam et dimidium et 6 virgas. Altitudo turris campanilis [ejusdem ecclesiæ] continet a plana terra

¹ Gilbert de Segrave.

² Diversorum sanctorum, MS. 1106. A very interesting account of the relics which were found in the old cross is given in the *French Chronicle of London*, translated and edited by H. T. Riley, p. 251. The relics were replaced in the cross when it was re-erected. See also, *infra*, A.D. 1339.


³ Prædicti campanilis. MS. 1106.

⁴ Fuerunt, for sunt. MS. 1106.

⁵ From MS. 1106.

260 pedes, altitudo fabricæ lignæ campanilis 274 pedes. Altamen in toto non excedit 500 pedes. Pomellum [ejusdem campanilis] potest continere in sua concavitate 10 bussellos bladi.

Sketch of S. Paul's Cathedral in the fourteenth century,
from Lambeth MS. No. 1106, fo. 96*b*.



Longitudo crucis super pomellum stantis continet 15 pedes. Traversorium vero [ejusdem] crucis habet 6 pedes in longitudine.¹

1315. 31 Martii obiit Simon de Gandavo Episcopus Sarum in hospitio suo London juxta Ecclesiam S. Brigidæ, et 13 die Aprilis apud Sarum honorifice sepultus est :² et eodem die Ricardus de Pyriton, Abbas Westmonast. sepultus fuit [ibidem].

Die 10 Cal. Junii Rogerus de Morte Evans Decanus Lincoln et Canonicus Sarum electus fuit in Episcopum Sarum.

Die 6 Cal. Aug. Abbas de Abingdon cum 4 Monachis et 2 nautis submersi sunt in Tamesia juxta Coenobium suum in redeundo a cujusdam Militis vicini sui convivio.

¹ Compare Dugdale's *S. Paul's*, edition 1818, p. 61.

² Honorifice sepultura traditur. MS. 1106.

1316. 15 Cal. Jan. die Sabbati obiit Gilbertus [de Segrave] Episcopus London et sepultus fuit die Jovis [in crastino S. Thomæ Martiris in ebdomado Natalis Domini].

1317. 6 Cal. Febr die Jovis electus fuit M. Ricardus de Newport in Episcopum London, et Dominica proxima post Ascensionem Domini consecratus apud Cant. a Waltero Archiepiscopo Cantuariensi.

Papa¹ contulit Thomæ de Cobham Episcopatum Wigorn. et Adæ de Herefordia Episcopatum Hereford, et ambo consecrati sunt in curia. Ille de curia venit in Angliam die Sancti Martini.

[Eodem anno obiit dominus Rogerus Brabazon miles et justiciarius domini regis xiiij. die Junii et sepultus est in Ecclesia S. Pauli Lond.]

Die Jovis in Vigilia S. Caterinæ, Willelmus de Melthon Archiepiscopus Eboracensis consecratus in Curia Romana reditus est in Angliam et veniens per medium Cantia et Civitatem London, cruce sua erecta et ante eum portata usque ad S. Martinum Magnum, ubi hospitabatur, ob quam causam tota civitas fuit interdicta per Archiepiscopum Cantuariensem toto tempore quo moram traxit ibidem; quo viso, die Dominica prox. in aurora diei clam discessit.

1318. Ludovicus² electus Dunelm. consecratus fuit apud Westm. 26 Martii per Cardinales Ganselinum et Lucam de Flisco, nulla prænuntiatione ad populum prius facta vel proclamata.

[Qua etiam die Dominica dominus Lucas de Flisc Cardinalis celebravit missam Ecclesia S. Pauli, et pronuntiavit bullam missam a Domino Papa ad regem Angliæ et Robertum de Brus pro treuga³ inter ipsos capienda et pace reformanda, Archiepiscopo Cantuariensi et multis aliis episcopis et magnatibus presentibus. Et in crastino idem Archiepiscopus cum aliis Episcopis pontificalibus induti sollempniter excommunicarunt

¹ Eodem anno Dominus Papa contulit magistro Thomæ de Cobham electo Cantuariensi. MS. 1106.

² Louis de Beaumont, de Bello Monte.

³ Treuga, a truce; see Ducange, *sub voce* Treva, Treuga.

omnes impediētes et infringētes pacem regis et omnes illos qui bona ecclesiastica contra voluntatem rectorum capere vel asportare presumpserint.]

Die S. Bartholomæi obiit Ricardus de Newport Episcopus London apud Ylleford, ad domum Vicarii ejusdem loci subito, *et statim de illo loco apud Stebenheth noctanter delatus est.*

[Eodem anno die dominica iij. Non. Sept. predicti Cardinales excommunicant in pulpito¹ S. Pauli London Robertum de Brus et omnes Scotos.]

Die Lunæ 3 Id. Sept. M. Stephanus de Gravesend electus fuit in Episcopum London. Confirmatus ab Archiepiscopo Cantuariensi die Veneris prox. post 1 Nov. apud Burgam Lincoln Dioc., et dominica prox. post Festum S. Hilarii consecratus fuit apud Cant. ab eodem Archiepiscopo ad preces [magnatum, videlicet] Comitum Herefordiæ et Pembrok, de quo discordia erat inter Archiepiscopum Cantuariensem et dictum electum.

1319. Stephanus Episcopus London² intronizatur dominica 30 Sept.

Thomas Episcopus Wigor. intronizatur die SS. Simonis et Judæ.

2 Id. Sept. Willielmus³ Archiepiscopus Eboracensis et Johannes Episcopus Eliensis tunc Cancellarius Angliæ, cum magno exercitu obviaverunt Scotis ad villam de Mittoun et victi sunt. W. de Ermine, Capitalis Clericus Cancellariæ ibidem captus est, qui pro redemptione sua et fratris sui dedit Scotis 2000 marcas.

1320. 2 Id. Jan. obiit Johannes de Dalderby Episcopus Lincoln.

17 Cal. Maii. Rigandus,⁴ electus et confirmatus in Episcopum Winton. per Papam, non obstante electione per Conventum⁵ Winton. facta de Fratre Adam de Wynton, Monacho

¹ I cannot forbear to notice the extremely interesting discovery made by Mr. F. C. Penrose, while these sheets are passing through the press (April 1879), of the foundations of Paul's Cross in the graveyard, very near the north-east angle of the north aisle of the choir of the present cathedral.

² London intronizatus fuit in Ecclesia S. Pauli Lond. MS. 1106.

³ W. de Melthone, Archiepiscopus Eborac. et dominus J. de Hothon. MS. 1106.

⁴ Rigandus advena cliens domini Papæ. MS. 1106. The Bishop's full name was Rigaud de Asserio. Godwin calls him Reginald.

⁵ Per Priorem et Conventum Sancti Swinthini Wynton. MS. 1106.

dicti Monasterii, fuit receptus¹ a Rege ad temporalia dicti Episcopatus.

13 Cal. Aug. Henricus de Burhasse² electus et confirmatus per Papam consecratus apud Bononiam in Episcopum Lincoln in præsentia Regis Angliæ.

1321. 5 Id. Nov. obiit Walterus de Langton Episcopus Lichfeld. in domibus suis apud Fractam extra London.

1323. Johannes de Stratford, Archidiaconus Lincoln et Decanus de Arcubus, qui missus fuit ad Sedem Apostolicam pro negotiis Domini Regis, obtinuit a Papa Episcopatum Winton,³ et die 11 Cal. Julii in curia consecratus est.

7 Cal. Octobr. Dominica Magister Johannes de Everdone, Decanus S. Pauli London, fecit introitum suum ibidem honorifice.

1325. 2 Non. Julii Johannes Episcopus Norwic. obiit apud Folkstan in Cant. qui venit de Francia, ubi steterat⁴ quasi per dimidium annum, nuncius⁵ pro pace reformanda.

Circa Festum S. Jacobi Capitulum Norwic. elegit Magister Robertum de Baldok, Cancellarium Regis [et eodem anno die Lunæ proxima post festum S. Laurentii, videlicet ij. Idus Augusti, idem Robertus fuit confirmatus in Episcopum Norwicensem] qui die Lunæ 2 Id. Aug. fuit confirmatus per Archiepiscopum Cantuariensem, sed cito post⁶ venit Willelmus Hermine de partibus transmarinis [et optinuit Episcopatum Norwycens. ex collatione domini Papæ et in partibus transmarinis fuit consecratus, set de temporalibus diu fuit amotus].

Die 1 Febr. [In Vigilia Purificationis Beatæ Mariæ] in media nocte, propter tumultum populi evitandum, corpus B. Erkenwaldi fuit amotum ab illo loco, ubi prius translatum fuit prope magnum altare, usque ad novam Capellam B. Mariæ, et in novo feretro honorifice collocatum, per J. de Everdon

¹ Receptus et admissus per dictum Regem. MS. 1106.

² Henry Burwash, or de Burghursh. Le Neve.

³ Winton, post mortem Rigaldi qui obiit in Curia.

⁴ Stetisset. MS. 1106.

⁵ Tanquam nuncius. MS. 1106.

⁶ Postea. MS. 1106.

Decanum Ecclesiæ.¹ [Ecclesiæ illius, Magistrum W. de Melleford Archidiaconum, Colecest., J. de Colecesta, Gerardum de Cusanc., Rogerum de Waltham, J. de Ditton, H. de Saracenis, et minores Canonicos et Vicarios et Presbyteros ecclesiæ S. Pauli qui corpus cum hymnis et canticis sollempniter portaverunt.] Et infra 8 dies post, corpus S. Rogeri de Byleis Episcopi London de loco ubi prius fuit, amotum et in loco ad hoc præparato reverenter collocatum.

1326. 15 Octobr. die Mercurii, Episcopo Exon² fugienti ad Ecclesiam S. Pauli obviantes seditiosi apprehenderunt eum ad ostium Ecclesiæ Boreale, percusserant in capite, et de equo traxerunt; et sic per medium coemiterium eum crudeliter trahentes, in foro de Westchepe, ibi eum [miserabiliter] despoliantes decollaverunt, cum suis 2 armigeris suis J. de Paddington et W. Walle, et jacuerunt cadavera nuda per totum diem in medio foro [horribile spectaculum cunctis intuentibus]. Caput vero Episcopi missum fuit Reginae apud Bristolliam. Eodem die, corpus vero Episcopi, post vespervas decantant [in Ecclesia S. Pauli] Minores Canonici et Vicarii Ecclesiæ S. Pauli [cum cruce, honorifice] quæsierunt, [propter statum suæ dignitatis] et ad Ecclesiam S. Pauli deportarunt [et tota nocte illa in dicta Ecclesia requiescens corpus], et in crastino corpus ductum fuit ad Ecclesiam S. Clementis Dacorum prope manerium dicti Episcopi defuncti: cujus Ecclesiæ perpetuam collationem successoribus suis Ecclesiæ Exon conferendam impetraverat a fratribus Ecclesiæ S. Sepulturæ Dominicæ de Warewik, et eos

¹ See also *French Chronicle of London*, Camden Society, p. 49; or, translation by H. T. Riley, p. 261.

² In Oliver's *Lives of the Bishops of Exeter*, pp. 54-64, will be found full details of the murder of Walter de Stapeldon, who was Treasurer to Edward II., and of the political causes which led to it. The King had left the Bishop guardian of the City: and the Bishop, hearing of the tumults which had arisen in the City, had demanded of the mayor the keys of the gates. The mayor and the people were greatly incensed at the demand. See also the *French Chronicle of London*, published by the Camden Society, p. 52; and other references *loco citato*. Sir Richard Stapledon, brother of the Bishop, was beheaded at the same time.

remuneravit de quadam alia Ecclesia quæ valuit in duplum [ut asserabatur]: et quia Rector illius Ecclesiæ, ut ingratus, eo quod promotus fuit ad eandem per dictum Episcopum, sacræ sepulturæ in suo coemiterio tradi non permisit, ductum fuit ad quandam Ecclesiam SS. Innocentium quæ prope fuit, prædictam Ecclesiam S. Clementis, derelictam et omnino destructam, et ibidem fuit sine capite humatum, sed postea ex procuratione Decani et Capituli Exon dictum corpus exhumatum fuit [ex predicto loco], et deportatum Exon 13 Cal. Martii.

Hamo de Frenesbury Roffensis Episcopus.

1327. 11 Cal. April. Jacobus de Berkele fuit consecratus in Episcopum Exon.

3 Cal. April. Adam de Arlinton¹ Episcopus Hereford et Thesaurarius Regis arripuit iter versus Curiam Romanam, et Episcopus Lincoln factus est Thesaurarius loco suo.

9 Cal. Junii. Magister Robertus de Baldok,² Canonicus S. Pauli, et Archidiaconus Middlesexiæ, aliquando Cancellarius Regis Edwardi, in carcere de Newgate, in magna angaria et vinculis, in nimio squalore, sepultus in Ecclesia S. Pauli 30 Maii.

7 Sept. Thomas Episcopus Wigorn obiit apud Hertleberye.

16 Cal. Dec. Walterus Archiepiscopus Cantuariensis obiit apud Mortelak.

Die Conceptionis B. Mariæ Simon de Mepham [doctor theologiæ, per viam compromissionis, vij. monachorum ecclesiæ Christi Cantuariensis fuit] electus in Archiepiscopum Cant. [et domino rege consentiente eleccioni, arripuit iter] versus curiam Romanam xv. Cal. Feb., mare transiens apud Dover:

[Eodem anno die dominica in vigilia conversionis S. Pauli orta est magna controversia inter Magistrum R. de Brenchesle et quendam alienigenam propter prebendam de Brondesburi vacante in Ecclesia S. Pauli per mortem Magistri G. de Stone

¹ Orlinton, MS. 1106; Le Neve, i. 461, Adam de Orleton.

² He was Prebendary of Holywell in St. Paul's Cathedral, and had been elected Bishop of Norwich, but never consecrated to that see. See the *French Chronicle of London*, *Camden Society*, p. 57, for an account of the unmerciful treatment which led to his death.

qui prebendam . . . dicto et contulerat et per multos dies stetit in plena possessione. Venit quidam Vasco nomine J. de Paiz, cum literis papalibus secum adducens . . . cum suis compalibus: qui convenientes quendam T de S. Albano Vicariam predicti Ricardi in Choro S. Pauli stallam magistri sui occupante, manus violentas in eum iniecerunt, et de stallis eum extraxerunt, pugnis eum in facie usque ad sanguinis effusionem percusserunt. Vnde ecclesia fuit interdicta, et ab omni officio divino sic permansit suspensa per v. dies. Et quia non erat magna aqua benedicta in Ecclesia parata, venit frater Petrus Episcopus Corbanensis, de ordine Minorum, ad rogatum domini London Episcopi, et communionem sibi lata consecravit aquam in medio navi Ecclesiæ, et post benedictionem aquæ stans in altum denunciavit omnes ecclesiæ violatores etiam excommunicatos, multo astante populo. Statimque Decanus cum suis ministris totum officium reconciliationis secundum quod habent ex privilegio papali sollempniter adimplevit, videlicet Non. vi. proximi post conversionem S. Ap.]¹

7 Id. Martii obiit David Martini Menev. Episcopus.

1328. M. Henricus Goer² electus est apud Ecclesiam Menev. die Martii proxima ante Festum S. Georgii, et in Vigilia Pentecostes confirmatus apud Cant., et in crastino S. Barnabæ sollemniter consecratus apud Cant.

4 Id. Julii Bullæ de confirmatione Simonis³ Archiepiscopi Cantuariensis lectæ sunt Dominica, in Festo S. Vincentii introizatus est apud Cant.

1329. 3 Sept. R. de Salopia consecratus apud Cant. in Episcopum Well. Circa idem tempus Papa contulit Ecclesiam de Maydenstan Hanibaldo Cardinali, sed Archiepiscopus Cantuariensis

¹ I have substituted here the account of this transaction given in MS. 1106, relegating Wharton's brief entry to this note. Mense Febr. Petrus Episcopus Corbanensis, O. M. Commissione sibi facta ab Episcopo London, reconciliavit Ecclesiam S. Pauli interdictam ante 5 dies ob effusionem sanguinis.

² Henry de Gower, Archdeacon of St. David's. He was consecrated Bishop of St. David's 12 June, 1328, and died in 1347.

³ Simon de Mepham.

noluit eum admittere, unde indignatus Papa fecit eum citari ad Curiam, et nihilominus eum ab omni officio divino suspendit longo tempore. Tandem pacificatus fuit, et in statum suum restitutus est.

1330. 15 Junii. Robertus de Wyvelde, Clericus Isabellæ Reginae consecratus est in Episcopum Sarum, per Episcopum Lincoln apud Botelston in Capella Domini Regis.

1331. Petrus Episcopus Corbanensis consecravit novam campanam in honore S. Mariæ in Ecclesia S. Pauli circa Pentecosten.

Die S. Wlstani obiit dictus Episcopus apud Fratres Minores London, qui fuit de ordine eorum, *vir excellentissimæ vitæ, et omni bonitate repletus.* Ipse namque multorum Episcoporum Provinciæ supplebat officium, in ordinibus celebrandis, Ecclesiis dedicandis, et cæteris omnibus ad ministerium Episcopi spectantibus.

1333. 1 Dec. Papa transtulit Adam Episcopum Wigorn. ad Winton.

Praelati totius regni Scotiæ in Franciam fugerunt, et aliqui Papam accesserunt, conquerentes et in fortunâ gentis suæ, &c.

1338. 6 Id. April. obiit Stephanus¹ Episcopus London apud Storteford in domibus Rectoris, et 5 Cal. Maii sepultus² est in Ecclesia S. Pauli per Archiepiscopum Cantuariensem presentibus Rege, 2 Cardinalibus, cum multis Episcopis, [Abbatibus, et Prioribus, Comitibus et Baronibus: qui xx. annos sedit in Episcopatu.]

In crastino Inventionis S. Crucis M. Ricardus de Binteworth in Episcopum London electus est, unanimi consensu omnium Canonicorum, et 4 id. Julii consecratus apud Lambethe per Episcopum Cicestr., Archiepiscopum Dublin, Episcopos Roff. Cestr. et Sarum assistentibus.³ Et statim missa celebrata eodem die venit Episcopus *equitando de Lambethe per mediam civitatem,* [descenditque et visitavit ecclesiam S. Michaelis in Foro ad se discalcandum, et processione chori ibidem sibi] et

¹ Stephanus de Gravesend. MS. 1106.

² Honorifice traditur sepulturæ in ecclesia sua Londoniensi. MS. 1106.

³ Ac aliis ibidem existentibus (instead of assistentibus). MS. 1106.

intrans Ecclesiam suam per Archiepiscopum Cant. intronizatus est.

1339. 9 Cal. April. die Mercurii, Ricardus¹ Episcopus dedicavit summum altare in Ecclesia S. Pauli in honore S. Pauli, cum duobus collateralibus altaribus [collateralibus quæ capitularia altaria appellant. Summum vero altare consecravit in honore Sancti Pauli, illud ex parte boreali in honore Sancti Athelberti regis ac confessoris et dictæ Ecclesiæ fundatoris, aliud ex parte australi consecravit in honorem Sancti Melliti confessoris primi London Episcopi: quibus dedicatis missam ibidem celebravit. Et in crastino ibidem crisma consecravit, et totum officium illius diei perfecit. Similiter die Paschæ, Ascensionis, Pentecostes, et omnibus diebus festivis presens fuit, quia Ecclesiam necnon et totam civitatem suam multum dilexit et honoravit.]

[Et eodem anno summitas]² Campanilis S. Pauli cum cruce et pomello fuerunt de novo reparata, ob quam causam die S. Mariæ Magd., Ricardus Episcopus, Gilbertus Decanus, cum omnibus ministris Ecclesiæ, solennem processionem fecerunt circa Ecclesiam et coemiterium [in capis sericis et nudis pedibus. Episcopus vero reliquias quæ in pomello et cruce fuerunt inventæ, una cum aliis diversis reliquiis in uno vaso precioso discalsiatus cum magna reverentia et multis luminaribus in processione deportans usque ad hostium testudinis ecclesiæ australis: ibique dictas reliquias tradidit Camerario Ecclesiæ et aliis de Choro qui commodius poterant scandere et dictum negotium peragendum. Sicque fuerunt dictæ reliquiæ reconditæ in summitate crucis et in duobus brachiis ac in pomello ad laudem Domini et ad tuitionem dicti Campanilis. Acta sunt hæc per Dominum Nicholaum Housebond, veteris Episcopis tunc prepositum, et Johannem de Clabeton, tunc dictæ Ecclesiæ Camerarium, cum aliis de choro jubilantibus ac domino laudantibus]; ad reponendas reliquias in summitate Crucis, et in 2 brachiis, et in pomello.

¹ Richard de Bynteworth, or Bentworth.

² Wharton's *Excerpta* omit nearly the whole of this passage.

8 Dec. obiit Ricardus Episcopus, sepultus in Ecclesia S. Pauli
13 Dec. In crastino Conversionis S. Pauli electus est in
Episcopum Magister Radulphus de Stratford, consanguineus
Archiepiscopi.

1341. Dominica in fine Aprilis, viz. in Vigilia S. Erkenwaldi, Domina
Matilda de Mounthagu benedicta fuit in Abbatissam de Ber-
cinge a Radulpho Episcopo London in Ecclesia S. Pauli, præ-
sentibus Episcopo Eliensi fratre suo [ac priorissa de Haliwelle
sorore dictæ Abbatisse].